

2906.

1332 d. 21 Febr.

CARL BENGTSOON säljer till sin släktning Magnus Bengtsson nybygget Elgsjöhult, sådant han det erhållit i egenskap af erlagd bot.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus, KAROLUS BENDICTZSON, salutem in domino sempiternam tenore presencium recognosco, quod, ego, dimitto, consanguineo meo dilecto, domino magno bendictzson, quandam coloniam, ælgsioshuth(!) dictam cum omnibus suis attinenciis quemadmodum ratione cuiusdam emende, michi vt discretis patuit reddita fuit pro competenti precio in perpetuum possidendam, In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum, scriptum, Anno domini M° CCC° XXX° secundo, feria sexta ante kathedram sancti petri.

*På frånsidan: ælgsioshult.*

Sigillet (oxhufvud) på en ur brefvet klippt remsa.

2907.

1332 d. 23 Febr.

Stockholm.

GREGER MAGNUSSON erkänner, att han af St: Clara kloster fått sig på listid upplåten en tomt och en bro, der hans fartyg skola lägga till, med vilkor, att tomten efter hans död återfaller till klostret, men husen, som derpå uppföras, blifva hans arfvingsars egendom.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presens scriptum cernentibus. GREGORIUS MAGNUSSON. salutem in domino sempiternam. nouerint vniuersi me a nobili domina domina abbatissa in monasterio sancte clare stocholmis totoque conuentu ibidem. vnum fundum. a curia petri fabri vxorisque sue gudvie. longitudinem habens quadraginta vlnarum ad occidentalem partem. latitudinem habens vsque ad montem iuxta situm. et vnum pontem supra amnem latitudine quinque vlnarum ad quem naues mee iacere debent. construendi. reciperam(!) in concessum. ipsum fundum habendo diebus vite mee. peractis autem diebus vite mee sepredictum fundum. ad monasterium redeat. edificia vero fundo superposita heredibus meis tunc succedant. in cuius recepcionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum. datum stocholmis. anno domini M°. CCC°. XXX° secundo. dominica exurge quare obdormis domine.

Sigillet (2 snedbjelkar) på en ur brefvet klippt remsa.

2908.